



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovaniensi I. V. D. Et Antecessoris Commentarius In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Titulus XLIII. De Presbyterio non baptizato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

D. de his, qui sunt sui juris: vel de voluntate non cohibita, & baptismus ei nihil proderit, cum habeatur in vitis, d. 6. item quaritur.

20 Denique quaerit aliquis, An teneat baptismus coactè susceptus? R. Tenere, *d. c. 3. & can. De Iudaeis dist. 45.* quatenus non est collatus vi præcisâ, quæ voluntatem omnino impedit, sed conditionata tantum, quæ metum quidem ponit, non tamen voluntatem aufert, secundum d. c. 1. *sup. de his, qui vi &c.* ut sufficiat ad suspensionem characteris baptismi, & fidei professionem ponat.

21 Baptizatus itaque est non baptizatus, non etiam baptizatus. Quod si tamen nesciatur puer baptizatus, veluti si sit expositus, rectè illi conferatur baptismus, cum non possit intelligi iteratum, quod nescitur collatum, *can. Parvulis no. cum seq. de consecr. dist. 4.* In dubio quoque, an baptismi forma debere sit adhibita, uti frequens hoc tempore, quo circa formam & materiam sectarii nostri variant, poterit sub conditione iterari, *c. 2. h. t.* Cæremoniæ omittæ ex causa necessitatis, quæ suberat postea rectè supplementur.

TITULUS XLIII.

De Presbytero non baptizato.

SUMMARIUM.

1. Ordinari non baptizati nequeunt.
2. Baptizatum se probabiliter credens habetur pro baptizato.
3. Martyrium supplet baptismi effectum.

Reliquorum Ordinum janua est baptismus; ut inutiliter conferantur non baptizato, cum characterem non imprimat eorum collatio, baptismus non prævio, *c. 1. & fin. h. t.* ut taliter ordinatus sit baptizandus, & de novo ordinibus initiandus.

2 Probabiliter baptizatum se credens, si sine baptismo moriatur, cum sufficienter Christum sit confessus, & baptismum non tam contemptu (qui omnino amoveret conversionem cordis) quam necessitate omiserit, pro baptizato habetur, *c. 2. h. t.* Idem in iis, quos temporis angustia excludit, *can. Baptismi 34. de consecr. dist.*

4. Et qui propter confessum Christum moriuntur ad martyrium, quod supplet baptismi defectum. Quod facit, quod ait Christus, *Quicumque perdidit animam pro me, vivificabit eam.*

TITULUS XLIV.

De custodia Eucharistæ, Chismatis, & aliorum Sacramentorum.

SUMMARIUM.

1. Eucharistia & Chisma cur serventur.
2. Vestimenta Ecclesie, vasa &c. mandantur vanda.

Servandum hic dicitur Eucharistæ sacramentum in Ecclesia nitidè, cum reverentia, ut, ubi exigit necessitas, prout jus sit copia, Servandum & Chisma, id est sacramentum Unctionis, quod conficitur piscopo in die cœnæ Domini, *c. Tertio sup. de celebrat. Missæ* & huius sit copia, prout laute necessitate ægrotorum, ad quos dandum decenter, lumine prævio, Cœlestium duo hæc Sacramenta jubentur in custodia, ne quid nefarium circa ea committatur. Incautè ea relinquens, tribus criminibus officio suspendendus, & si nesciatur circa illa commissum, gravius puniendus, *1. h. t.*

Sunt & munde adservanda vestimenta Ecclesie, vasa, & cætera ornamenta, peccatè generè habitis contemptus, uti ad idem, *de rebus inducatur, c. 2. h. t.* ubi prohibetur lecti laicæ, propria sive aliena, onerare Ecclesiam, nisi iocundus hostilis aut repugnantia id exigant.

TITULUS XLV.

De Reliquiis & veneratione Sanctorum.

SUMMARIUM.

1. Sanctorum corpora honoranda.